

DISPUTATIONEM
De
N O M I N E,

GRAMMATICO PRAGMATICAM,

Consensu

AMPL: FACULT: PHILOSOPH:

Sub

PRÆSIDIO

Virti Celeberrimi

C H R I S T I E R N

A L A N D R I.

Elogv. Professor. Ord.

In diem 23 Novembris

Ann. Sal. 1698.

Exhibit

S E R I C U S S E C U R G E.

In Regia que ABOE est Academia.

Exc. apud Jo. L. Wallium.

S.^Æ R.^Æ M.^{TIS}

Fido. Viro.

Patri.

Reverendissimo.

DN. JOHANN
GEZELIO,

DOCTORI.

EPISCOPO.

PRO. CANCELLARIO

Consumatisimo.

Eminentissimo.

Magnificentissimo

Mæcenati. Maximi

De.

Patria.

Ecclesia.

Academia.

Optime. Merito.

Deqvè.

Earum. Salute.

Insigniter. Occupato.

Hunc.

Numerium. Ingenii.

Foetum.

Ita

Ita.

Do. Dedico. Consecro.

Ut. simul.

Vota. mea.

Spes. Meas.

Me. Denique. Ipsum.

Humillimis.

Calidissimisq;. Suspiriis
Dedam. Tradamque.

ER. fleege.



Q. F. S.

ANTEPAGMENTUM.

Dum de nomine animalium est aliquid comminisci, non de his in praesens erimus solliciti, quae vulgus grammaticorum dicit nomini accidere, videlicet *genus*, *nomen*, &c. Quæ roridem habent admixtas diras, hoc est, quinq; devotiones ad numerum causum apud Græcos, quos casus, quasque devotiones, nunquam sine honore commemorandus Erasmus Roterodamus in de encomio moriæ literatis adju-

A di-

2 dicat: ibi enim grammaticos
inter illos qui aureum ramum,
id est sapientiam, auncipant, pri-
mas infortunii tenere, genus ho-
minum profecto, quo nihil calae-
mitosius, nihil afflictius, nihil Diis
æque invisum, accurate affirmat.
Porro. πέντε καλέργασ σέν quinque
istæ diræ Epigrammate græco
continentur, quod extat primo
libro Palladæ.

Αρχὴ γεωμετρῆς πεντέκοπός εἰν
καλέργα.

Πρῶτος μῆνιν ἔχει διέλεφ@ ράλο-
μένην.

Καὶ μετὰ δ' ράλομένην, δαραῶν πάλιν
ἀλγεα πόλα
ο τεττάρες ψυχὰς εἰς αἰδηνού κα-
τέζει.

Τῷ δὲ πεπλάνει τε ἑλώρεια, καὶ κύ-
νες ἀργοὶ.

Πέμπτης οἰωνὸς καὶ χόλος εἰς δίστονο
πᾶς ὅτι γεωμετρῆς δύναται μετέ
πέντε καλέργες
καὶ πέντε πτώσης, μὴ μέγα πέν-
θος ἔχειν.

Id

Id est, principium grammatices quinque versibus contenta est Devotione, primus iram habet, secundus perniciem, & post perniciem, græcorum rursus dolores multos. Tertius animas in infernum dedit. Quarti autem tractus, & canes veloci. Quinti aves & ira est Jovis. Quomodo igitur grammaticus potest post quinque execrationes, & quinque casus non magnum lugatum habere. Pari fere acumine Ebræi capita malorum septenario incluserant in suo ELEM BEDISCH. Non autem tantum quinque diris obnoxii suut isti, verum sexcentis, ut famelici sordidiqve in ludis illis suis, in ludis dixi imo in Φροντισεῖοις, vel pistrinis potius & carnificinis obsurdescant clamoribus, consenscant laboribus, fætore pedoreque contabescant, tamen mei beneficio

ficio fit ut sibi primi mortalium esse
videantur. Et quæ alia accerri-
mi vir ingenii in dicto encomio
Moriæ, ejus nomine loquitur,
quæ brevitatis ergo recensere
supercedemus. Vulgares autem,
imo multos primæ notæ gram-
maticos, circa accidentia no-
minum, ut & alia à veritatis via
in errorum semitas deflexisse,
ad amissim ostendit Gerh.
Johan. Vossius in commentati-
one sua circa analogiam, quem
ducem & lucem nostræ scripti-
onis esse sine rubore fatemur,
Is genus casum & declinationem
propriè nomini accidere, spe-
ciem vero & figuram numerum
& personam tanquam acciden-
tia magis communia, illas qui-
dem, non ut solius nominis sed
octo classium orationis, has
vero ut duarum partium ora-
tionis, nominis videlicet & ver-
bi, horumque consequaneorum,

ut

ut pote pronominiſ & partici-
pi, affectiones, ē circulo acci-
dentium nominis eliminandas,
crena accurata decircinavit.
Nec defunt illi, qvi inter no-
minis accidentia recensent *qua-*
litatem & *significationem*, sed male:
illa enim ad *σοιας* explicationem
non proprietatem pertinet, si
qvidem eā dividitur nōmen in
substantivum & adjektivum,
proprium & appellativum seu
commune; qvalitas enim hic
non intelligitur accidentalis
sed effentialis: ut pote Porphy-
rius in Ilagoge, hominem
ab eqvo differre ait, qvalitate *Cap. 3.*
ea, qvod sit rationalis. Eo-
rum vero, qvi hanc, *significa-*
tionem scilicet, addunt, longe
spissior est error; qvid enim
nominum, atqve adeo omnis
vocis, qvatenus ex instituto a-
liquid notant, forma erit ef-
fentialis, & qvasi anima si si-

gnificatio non est, atque sic
non magis possumus dicere si-
gnificationem esse accidens no-
mini, quam animam accidens
homini quod ἀλογον dicitur; qua-
propter eam ad alteram par-
tem orationis, quae exegetica
dicitur, alegamus; haec enim
significationes exponit & Le-
xicis traditur. In hujus rei
scrutinio non tam ut novita-
tis lenocinio ullum demerean-
mur, quam studio veritatis,
haesimus, tenuitatis nostræ op-
pidò consciī, quod ut felici alite
in lucem prodeat, benevolum
Lectorem rogamus, quo cen-
forium styli mucronem non a-
deo rigidum exacuere velit: ne
forte imbecillem nos pœniteat
exeruisse calatum.

CA.

CAPUT PRIMUM.

*De vi significativa No-
minis.*

§ I.

Rationis post usum
homini nihil est
datum locutione
præstantius, qva non multo
minus quam intelligendi vi de-
monstrat se cæteris animantib⁹
longe divinorem; hac enim sit
in societate ut persistere que-
at: nemo est qui ignoret, quam
utile, quam necessarium &
ferme principale medium sit
locutio: qvæ ut erumpat, non
potest fieri qvin rebus nomi-
na imponantur; sine enim no-
minibus, in actum produci ne-
quit locutio; Cum enim tanta
nomina, utpote qvæ signa,
sunt rerum in docendo sit vis,

8 ut omnis nostra cognitio procedat & dependeat à præcognitione vocum, atque adeo, ut cuiuslibet, vel primis, ut a-junt, labris Philosophiam degustanti pateat, nomina pro-vehere nos in rei cognitionem, cum nobis imagines rerum, quas significant, repræsentent: nec itaque ab re nostra esse censemus, ducti polythrylletō græcorum: πολὺθρύλλετό δὲ τῶν Ἑλλήνων οὐδέποτε, si quid operæ, nominis tribuamus cum definitioni tum onomatologiæ. Has quod attinet, dicitur vulgo *nomen quo res nominatur*, nec male fortasse, dicitur vel dicetur *quo res noscitur*; nam cum unicuique rei sua tributatur appellatio, ab *ονομα* deduci possit nomen, verisimilius tamen ad verbum nesco referimus ita ut nomen sit quasi novimen vel potius nolci-men

men , qvamvis Scaligero no- 9
men derivetur ~~nam~~ tū ~~vocē~~, Exerc.
qvod scilicet per nomina in- 17.
telligamus ~~nō~~ ~~vī~~. Ipsum nomen
vero, ut ad homonymiam ab-
eam; vel denotat partem ora-
tionis in grammaticis, verbo
& ceteris orationis partibus
contradistinctam: vel casum
nominis rectum scilicet nomi-
narivum: accipitur etiam uti
apud autores egregios conspi-
citur, pro fama, utpote Justi-
num , imo & pro solo titu- Lib. 2.
lo, qvas homonymias, ut rem Cap. 5.
in pauca conteramus, sicco pe-
de præterimus, attendentes so-
lum ad vocabula qvibus res vel
conceptus significamus, qvæ
ratio nostræ est scriptionis.

§. II.

Nomina , Adamum omnis
sapientiæ gloria excellen-
tem, primum habuere invento-
rem, appellavit enim Adam nomi Gen. 2.
nibus

10 nibus suis cuncta animantia; qvod Moses Barcephas (ceu observat Pererius in hunc locum) interpretatur Adamum editiore Paradisi loco insidente, Augustaque radiati capitis maiestate spectabilem, singularis animantis generibus nomina indidisse: illa vero submissis capitibus prona, & praestriatis fulgore tantæ autoritatis oculis, ad vocem appellantis præterisse: quam adversus hominem reverentiam sapientissimus Philo brutas animantes ait deposuisse, postquam proh dolor! nefarie se peccati labe contaminavit. Hæc nomimum ab Adamo facta impositio, sententiarum apud complures non vulgatae eruditio, vidit divortia; Zoar Adamum refert, cum nomina rebus imponeret, magnam ex ea qua florebat rerum scientia adhibuisse religionem, eumq; lite-

literas non quascunque tumultuari modo arripuisse, sed eas inquisivisse, quæ tactus & influxus syderum, rei denominandæ ministerio jam ab æterna mente destinatorum significarent. Addit præterea mundum ex viginti duabus literis conflatum, qvarum tres, tribus elementis: duodecim, Zodiaci signis: Septem, errantium stellarum orbibus accommodatae. Has vero ultimo loco enumeratas duobus modis pronunciari, acuto scilicet & remissiori sono: dum planetas significant in suis domiciliis constitutos, liquidius & tonantius efferuntur, qvod tunc stellarum sit vis acrior & impetus concitatiior. Qvod si ab iis, quas assignant Astrologi, sedibus peregrinantes planetas exhibere volunt, literas mollius & langvidius pronunciant, quod res ipsas viribus de-

12 destitui & emortuo veluti vi-
gore tabescere dicitur.

§. III.

Haec in veteribus Rabbino-
rum membranis exara-
ta commenta non diu mora-
mur; ea enim retellere non a-
deo operosum, cum ipsam
levissimo iectu impulsa corru-
ant. Quid enim, cum tantum
septem literæ planetis inser-
viant, quos in haec inferiora po-
tissimum influere volunt, ex i-
psis septem literis omnia con-
festim nomina coalescere o-
portebit? Sed fingamus noven-
decim literas cœlo tribui, & ad
significandas syderum varios
influxus assumi; quid igitur?
cæteræ, quæ istam stellarum
vim non significant, à nomi-
num compositione perpetuo
exulabunt, siquidem eastantura
inseri oportet, quæ cum cœlo

&c.

& syderum tactu commercium
habent. Deinde cum omnia
ferme ex tribus literis radicali-
bus conflata apud Hebræos sint,
trium igitur tantum aspectum
patientur omnia, cætera erunt
etiosa? Jam cum iisdem literis
constent nomina, non modo di-
vertæ sed contrariæ prorsus si-
gnificationis; aut res easdem
natura esse oportebit, aut cer-
te inanes isti astrorum influ-
xus. Assumamus in Exem-
plum ψηφ apud Hebræos quod
significat sanctum, purum, ab
omni usu communi ad divi-
num separatum, consecratum,
adeoque sanctificatum. Idem
significat Meritoriu, Cinædum,
qui se prostituit & consecrat
libidini, unde Hos.4.14. Dicun-
tur תְּשַׁׂרְפָּה meretrices, prosti-
bula, effæminati, catamithi. A-
pusd Latinos in voce sacer idem
apparet, quid enim hoc signifi-
cat cuivis in confessio est, cum
la-

14 sacram, religiosum atq; Au-
gustum denotet ; Autores ta-
men probatissimi, inter quos e-
lucet Plautus, nomen sacer pro
execribili accipit , sic enim
habet , dum Lenonis fordidi
οφλαλιοφαιρως detegit mores:
*Venitque homini si leno est homo,
quoniam hominum terra sustinet sa-
cerraum.* Id est, destabili, illi,
quem teterimum quoddam
catharma nominare non ini-
quum. Simile quid invenimus
apud Virgilium

*Aeneid. ---- quid non mortalia pe-
Lib. 3. eterna cogis,*

aurei sacra fames

id est execranda quædam Cu-
pido. Jam quæratur à Zoare,
qui fit ut cum eadem sint lite-
ræ, & iidem syderum influxus
ipsis literis illigati, res tamen
inter se dissimillimæ sint, ut u-
na sancta sit, altera omni exe-
cratione dignissima. Non satis
est mirari quid mentem vacue
fe-

nobis mundum fabricant? cur
tres tantum literæ Elementis
tribuendæ? certe qvartum ele-
mentum intolerabili afficitur
injuria; aut enim nullum erit,
aut inique, uti dixi, actum e-
rit cum illo, cui nulla accom-
modata fuit literula. Denique
cum mundum ex literis con-
flatum esse dictaret, aut ante
istas literas emersit mundus,
aut istæ literæ ante mundum
extiterunt, si prius, non coa-
luit ex literulis, si posterius,
qvomodo astrorum influxus i-
stæ literæ significabant, cum
nec dum essent sydera? Omni-
no vanitatis plenissima hæc
sunt commenta, adeo ut sola
eorum recitatio, amplam satis
refutationi præbeat materiali.

Cujus tamen non adeo nos
capiat admiratio, cum & in
eam devenerint dementiam
qvidam, ut se ex variis lite-
rarum

16 rarum mixturis, numerum
Stellarum & rerum omnium
creatarum scire posse consi-
derent, cujas solam nomina-
tionem sua seqvitur confuta-
tio; hoc enim DEUS sibi re-
servavit, qui enumerat multitudi-
nem Stellarum.

§. IV.

His pro debiliōri virium
robore præstructis, cum
Platoni visum sit, orationē aliam
veram aliam falsam esse; Veram
qvidem, qvæ res uti sunt ita e-
nunciat, falsam vero, qvæ con-
tradicit & non uti sunt enunci-
at: necesse est inquit, licet minus
accurate, partes quoqve orati-
onis utpote nomina, ejusdem
naturæ esse: ac nomen illud ve-
rum est, qvod veram rei si-
gnificatæ naturam exhibet;
falsum vero, qvod aliter qvam
natura fert rem qvampiam in-
dicat:

dicat: atque sic nobilissimam
inter principes Philosophos,
discrepantibus sententiis, agi-
tam quæstionem, hic locus
obiter excutiendam suggesterit,
quæri enim solitum: *An nomi-
na rerum constent ἔστι, an vero
φύσις?* Est quidem illa nobili-
um ingeniorum sententiis pro-
bata crebrius assertio, verba
magis naturalia quam arbit-
traria esse, quam iniisse sen-
tentiam videmus Cratylum &
Heraclitum; assertunt enim illi
*nomina naturæ opus, si illa recta
veraque nomina sint, notationem-*
que cuique nomini inesse à naturâ,
atque sic vocabula rerum pro-
pria similia esse imaginibus
non ab artificis cuiuspiam vo-
luntate, sed ab ipsa natura ex-
pressis, quam & inter plurimos
alios quos nominat Fabius in-
flasse tibi am constat P. Nigidi-
um, qui nomina non posuit for-
tuito, sed quadam vi & ratione

18 naturæ facta, in grammaticis
suis commentariis docet, in-
qvibus hoc visum est lepidum
” & festivum: *Vos* inquit cum di-
” cimus, motu qvodam oris con-
” veniente cum ipsius verbi de-
” monstratione, utimur; & labia
” sensim priora emovemus, ac
” spiritum porro vorsum, qvi-
” buscum sermocinamur, in-
” tendimus. At contra, cum di-
” cimus *Nos*, nec profuso inten-
” toqve flatu vocis, neqve pro-
” jectis labiis pronunciamus; sed
” spiritu; & labia qvasi ipsa, intra-
” nosmet ipsos coercemus; hoc
” idem fit in eo cum dicimus
” *tu* & *ego*, *tibi* & *mibi*. Nam si
” cuti cum adnuimus vel abnui-
” mus, motus qvidem ille capit, *re*
” vel oculorum à natura rei qvam
” significat, non abhorret: ita
” in his vocibus, quasi gestus qvi-
” dā oris & spiritus naturalis est.
Eandem rationem & in græcis

ac

ac in nostris animadvertisimus
vocibus. Hæc Nigidius in suis
noctibus quibus, ingens anetar-
rium à nobis adjici hoc loco
posset, de vocabulorum forma-
tura, naturalem quendam lite-
rarum sonum observante, nisi
ratum fuisset amoenæ studere
brevitati.

19

§. V.

Nec minus inolevit non nullorum mentibus, nimis iniqua fortasse, sed quæ à viris non vulgariter eruditis defensa est perpugnaciter, opinio, quæ è diametro Cratyli & Heracliti repugnat sententiæ. Hermogenem apud Platonem in Cratylo statuentem audimus nullam aliam esse ὡρην ὀρθωτος (ita enim appellat notationem) quam οὐρανήν την ὄμολογιαν, νόμον τὸν θεός, id est: consensum hominum, legem, & consuetudinem: atque sic non

30 imagines, aut rerum naturales similitudines erunt, sed signa duntaxat ex pura puta hominum voluntate, & confessione profecta. Hinc igitur apud diuersas gentes diversas lingvas extitisse diceremus, proinde atque cuiq[ue] hominum placuit has vel illas rerum notas imponere hacque causa symbola & esse & dici, quæ ab aliis alia eisdem rebus constituuntur, ducto simili à clangore tubæ, qui uti prælii qvibusdam signū est committendi; ita aliis potest esse facis ardantis conjectus, ut apud Euripidem vide-re est:

Ἐπεὶ δὲ ἀφέτη πυρὸς ὡς τύρωνικῆς,
Σάλπυγος ἥκοε, σῆμα φονίς μάχης.

Infinita enim signa dari possunt pugnæ ineundæ, vel per hastæ, vel per sagittæ vel per globi fulminei conjectum, vel per erectum coloris sanguinei vexillum,

27

lum, vel per chlamydem ducis
purpuream, qualem Cæsar sibi
sumere conlœvit, vel per alia
innumerâ, de qvibus ante in
exercitu sit conventum. Spar-
tanis tibiæ in præliorum signis
fuere, uti haçtenus in quibus-
dam gentibus fistulæ utricula-
res, qvibus apud qvosdam rusti-
corū tripudia incitantur & ac-
cenduntur. Nobis ut & toti fere
Europæ acutissimo tibiæ sono
ingens addere tympanum in u-
su est. Sed trustra ad rem per
se claram exempla adducimus;
eodem enim modo, quo varia
signa sunt tubarum, sic eædem
res aliis alio nomine signifi-
cantur, atque nec id solum, sed
quemadmodum tesseræ mili-
tares freqventissime mutantur;
eadem re significatâ perma-
nente, ita eandem rem, modo
hoc modo illo nomine vocari
reperimus. Cujus & senten-
tiæ seftator est Parmenides.

22 Dum hæc nobis in manibus,
essent, commodum obvenit
judicium Aristotelis: hic alias
in scientiis via & ratione tra-
dendis longe omnium primus,
sed plus fortasse ambitione (ma-
luit enim Præceptoris sui ad-
versarius quam discipulus vi-
deri) quam veritatis studio
super hac re ductus. Totus
in id nititur ut nomen sit φονή
μνηστικὴ καὶ τὸ συντόκη i. e. vox
significativa ad placitum, & ex pa-
sto posita, additque rationem:
ἡ τὸ φύσει τὰ ὄντα πρότερον εἴσι,
quod nullum nomen natura com-
stet, sicque esse symbola imagi-
num seu simulacrorum, qui-
bus res repræsentantur. Unde
eandem cum Hermogene fo-
vet sententiam.

§. VI.

Quam ferax super hac re
sit divortiorum leges, sa-
tis

22
tis superqve ex præcedentibus
patet, audimus nomina à na-
tura esse, eadem ab aliis ex solo
instituto abscq̄ natura imposta
etiā comperimus, qvæ duæ op-
positæ opiniones prorsus sunt
contrariæ, & utraqve magnis
nixa patronis. Medio fortasse
tutissimi ibimus, dicentes: ne-
qve omnia, ut Cratylus opina-
tur à natura fieri, neqve nulla
à pura puta voluntate citra
naturæ considerationem, ut
Hermogenes cum suis aſſeclis
esse vult. Priorem sententiam
ſin velimus scrutari, constare
ſibi minus potest; nam si illud
verum eſſet, apud omnes na-
tiones eadem nomina inveni-
rentur, ſicut res eadem ubiq̄
ſunt, & easdem imagines ubi-
qve effundunt; qvæ enim hic
naturæ ratio ubi ſic, ut cui-
qve viſum eſt nomina & fi-
unt & mutantur? ſcilicet illa
ex noſtro arbitratu, & de no-

24 *Istro imperio nunc hanc nunc
illam faciem sumunt, ut alias
aliud nomen eidem rei produ-
cat.* Sit nobis exempli ergo:
Eqvus: ut ubique ejusdem est
naturæ, ita ubique locorum e-
andem sui gignit rationem:
quocirca imago Eqvi à na-
tura hominum animis impressa,
& eadem est, & idem omni-
bus animal repræsentat, utpo-
te ab eadem specie tanquam à
causa, cum efficiente, tum for-
mante promanans. Quam ob-
rem cum ejusdem Janimalis
non eadem apud omnes sit
nomenclatura, necessariò effi-
citur, ut nomina dici minime
queant ortus sui cautam à na-
tura habere. Latinis animal
hoc *Eqvus*, Græcis *ἵππος*, ger-
manis *Pferd*/ Svecis *Häst*/ a-
liis alio nomine appellatur,
cum tamen tam diversis no-
menclaturis eadem notio ea-
demque imago in mentibus
sub-

subsit; hinc perspicuum est, 25
non perinde nomina ac rerum
simulachra effluere: quando-
qvidem si ab ea proficieren-
tur, ubique gentium eadem es-
sent, haud secus ac rerum si-
gnificatarum notiones; si igi-
tur ab hoc non promanant, re-
liquum est, ut a positu volun-
tario, & hominum formatura,
natales suos ducant.

S. VII.

Si posteriorem scilicet Her-
mogenis & Aristotelis in-
spicere velimus sententiam,
qvæ κατὰ οὐρανὸν & ex pacto si-
gnificare nomina atque sic
symbola esse contendit. Qvam
infirmo hæc innitarur ralo bre-
vi patescer. Qvorsum qvæ so-
tunc omnes Etymologiæ? hoc
enim si valeret, confessum ē
medio tollerentur omnes eæ,
id autem qvam a recta ratione

26 & omnium autorum consen-
su sit alienum, omnium eo-
rum constat testimoniis, qui
rationes nominum diligenter
inqvirendas arbitrantur: atque
ridiculum se summus ille re-
rum trutinator Aristoteles præ-
beret, si omnem Etymologi-
am, qvod ex dictis seqvitur
inficias ire velit; ipse enim de
recta formatione vocum val-
de sollicitus est, etiam de re-
cta formatura nominum ar-
gumenta dicit, qvod ad oculum
patet ex plurimis summi Phi-
losophi scriptis, uti exempli
gratia, disputans de corpore
cœlesti, perpetuum motum cœ-
lorum esse docet, ex autoritate
eorum, qui cœlum voce græ-
câ æthera, hoc est, quasi cor-
pus semper currens vocarent,
eaque de causa Anaxagoram
accusat, qvod perperam & con-
tra significationis rationem i-
gni hanc nomenclaturam de-
derit

27

derit, cum is minime feratur
motione sempiterna: Cum i-
gitur notatio nominum ei a-
deo sit sollicitudini, qvæ, rogo,
hic conclusionis firmitas, ut
nomina de solo arbitrio ho-
minum fiant, nulla naturæ ha-
bita ratione? hæc sane pleno
velo obverlaqve prora resi-
stunt sibimet ipsis. Qvale igi-
tur super hac re ferendum e-
rit judicium. Non fortasse
pudebit Socratem media nos
præeuntem via, seqvi, qvam-
qvam tamen collum jugo sub-
ducamus servili, qvod & licet
& decet. Teneamus igitur,
nec Cratylum, nec Hermoge-
nem ad veritatem penetrasse:
priusqve Heracliticæ opinionis
firmamenta convellere, postea
Hermogenis rationes, qva par-
te vitium faciunt explorare,
DEO faciente gratiam adni-
semur.

Notandum igitur prius nomina φύση five naturaliter significare, duplēm habere intelligentiam; Unam, quae naturaliter dicuntur, quasi ab ipsa natura omnem significandi vim nacta essent, qvod & Heraclito & Cratyle placuisse videtur, ita cum veritate pugnat: alterum ut naturaliter vocibus res notari dicantur, quia convenienter naturae ceu juxta naturam ab architecto sunt factæ. Simili bimembri divisione, posterius, qvod erat; vocabula ἡρμη five positu significare, distingvendum; Vel enim ex positu & voluntate notationem habere dicuntur, quia de mera fabricantis voluntate nullâ habita naturae ratione significandi vim nanciscantur; qvod Hermogenes concedit, & modo falsitatis est

con-

covictum, è consensu eorum,
qui veras nominum rationes
non è nudo placito hominum,
sed à natura rei significatæ
pervestigant. Vel vocabula sic
ex arbitrio & impositione vo-
luntaria significare intelligun-
tur, ut habeant ipsa qvidem
significationem ex voluntate
ejus qui eas fabricatus est, ha-
beant tamen, ex voluntate non
vagâ aut liberâ, quæ ex libi-
dine sua, quamvis vocem cui-
vis rei notandæ temerè ponat,
sed ex voluntate quæ rei na-
turam intuetur, & ad eas vo-
ces aptat. Utriusque hujus
partitionis, tum in significati-
one ex natura, tum in signifi-
catione ex arbitrio & positu,
priora membra falsa sunt; cum
vocabula neque purè natura-
liter, neque purè ex arbitrio
significandi vim habeant: At
duo posteriora membra in u-
traqve distinctione vera sunt,

&

30 & nullo modo inter se pugnant. Ut autem ipsum nervum attingamus, cum nominum alia prima sint, alia flexa, distingvendum est inter nomina primitiva & derivativa; de nominibus primitivis & temere impositis valet illud

Lib. 6. Varronis: non omnium verborum de l. l. dici possunt cause, cui consentit

Cicero inqviens: *Innumera sunt verba, quorum ratio reddi non potest, vel quia non est, ut ego arbitror, vel quia latet, ut stoici. Primorum enim, ὄρθομς nulla est, quia ea sunt ἀρχὴ τὰ σύντετα, i. e. principia & elementa reliquorum, ad quae si in investigatione notationis non sistremus, sed ulterius tendere velimus, nullus querendi foret finis, sed in infinitum tenderemus. Derivatiborum vero alia temere & casu, alia consilio sunt imposta rebus, quam & Plato in Cratylo insit*

stit viam, dicens: *Nomina quæ recte imposta sunt, similia sunt iis quorum sunt nomina, ac imagines rerum sunt.* Mens igitur nostra est, vocabula non ab ipsa natura, sed à voluntate fieri, non quavis, sed rectam rationem secuta, quæ naturam rei contemplata, vocem fingit ei quam potest maxime accommodatam, naturam convenienter & apte sequentem; quâ in periodo tota Etymologia continetur.

§. IV.

Hic vicissim, magno fragore doctissimorum capitū contraria exaudimus crepantia judicia, suntque qui, naturæ omnem tribuunt notationem: hæc eorum amentata est hasta: Nomina voces esse, voces omnes à natura proficiisci, ideoque nomina à natura procedere. Non quidem inepte concludunt: qui-

32 quibus primo, sua retundimus
tela: Scamnum est lignum, li-
gnum est res naturalis, ergo &
scamnum naturale, quis non
videt vitiosam esse collectionē,
nisi ut Dialectici loqvuntur ma-
teriali sensu, id quod infertur,
intelligatur. Hederam naturae
opus esse nemo inficiatur, at ei
â natura datum esse, ut vinum
venale signet omnes negabunt.
Uberioris illustrationis Ergo,
expedimus nos secundo: nomi-
na eâ ratione qua voces sunt,
ab instrumentis uaturalibus fi-
unt, totaque sunt naturae adscri-
benda; sed hac nudâ considera-
tione non signa sive symbola, sed
auditus tantum objecta, arque
ad tertium qualitatis genus re-
ferenda: at si vocabulorum el-
sentia expendatur, ad ea, quæ
significant, collata, jam non ad
qualitatem, sed ad ea quæ ad a-
liquid dicuntur, pertinebunt,
atque hujus intuitu nomina
quicq.

quicquid sunt, ex hominum voluntate acquisiverunt. Neque enim Vox in nominis definitio- ne verum est genus, sed funda- mentum duntaxat relationis ex hominum arbitrio natæ. Tertio respondemus per con- cessionem: Licet homini natu- rale sit edere voces, hoc tamen naturale non est, ut hisce po- tius quam aliis vocibus conce- ptus suos interpretetur. Item, licet nomen sit res naturalis, quatenus vox est, tamen quatenus nota est, ad artificium ejus, qui ut significaret, voluit, totum spectat. Cui opposicio- ni sic satisfactum esse arbitror.

S. X.

Verum majoris operæ & laboris est hic casus, quem nobis objiciunt, qui egregie nominibus à natura impositis patrocinantur. Offerunt nobis C dit-

24 difficultimos, frustra à medicis
tentatos morbos, certis verbis
curari; qva igitur fronte qvis-
qvam assierat has vires ex hu-
mana duntaxat voluntate pen-
dere? Habet Marcellus Virgi-
lius , habent & alii Medici
qvamplurimi , varias verbo-
rum formulas, qvibus graves
morbi depelluntur. Accedit
his qvotidianum in militia ex-
perimentum, jam ad omnes
pervulgatum, qvo vulnera vel
maxime lethalia verbis curan-
tur, qvæ qvi novisse volet,,
Bartolomæi Sanctobarolitani
chirurgica commentaria con-
sulat, qvæ admirabilem casum
miseræ mulierculæ in capite
vulneratæ, & sub Tiberis ripa
diu latitantis, exponunt. Jam-
ne qvis ex arbitrio id genus
curationis, aut dæmonum ope-
fieri putaret ? Remedia hæc
Physica vocarunt, quasi sola
naturalium titulo præ cæteris
di-

digna viderentur. Hæc & id 35
genus plura cum Cratylo, Pla-
tonis in Physicis præceptore,
facere videntur, qvæ exponi
cum late & copiose potuissent,
supervacaneum arbitrati, pau-
cis indicavimus: hoc unum ad-
demus: omni hominum me-
moria, extitisse superstitiones
& recordes, qvibus persuasum
erat, vires ingentes, atqve ad-
eo stupendas in vocibus late-
re, ut iis non aliam modò fieri ad-
miranda possent, sed dæmones
qvoqve cogi, qvæ tamen non
voluntati nostræ, nec naturæ
originem debere videntur.
Sed aliunde procedere.

§. XI

Fatemur ac ingenue profi-
temur, casuum horum dif-
ficultatem, augustiorem præ-
se ferre excellentiam, qvam ut
ad trutinam juvenilis nostri ce-

36 rebelli examinetur, nihilominus tentabimus. Nobis igitur in hoc pelago, hæc sacra figatur anchora; Verbis, ut voices sunt, naturæ instrumentis articulatim expressæ, non aliam vim inesse, quam tympano, aures vel hoc vel illo modo feriendi, & qva ratione significant, non aliam quam symbolorum five signorum esse facultatem quam à voluntate hominum, ut aptæ sint rerum naturæ, sunt adepta. Qvibus qvæ vires ad quidquam efficiendum esse possunt? Arbitrii quidem nostri est, res vel hoc vel illo nomine insignire; sed non est item nostri arbitrii, ut hisce vocibus, ea qvæ volumus, in rebus fiant: Solius DEI est, naturæ quam fecit, imperare: ceteroquin omnia à naturalibus causis, non à voluntate cuiuspiam pendent. Sed instet qvis: Constantem & perpetuā omni

omnium sæculorum confessi-
onem, & gentium fere omni-
um qvorum notitia ad nos
pervenit, experimenta palam
contraria videri: qvandoqvi-
dem freqventer stupenda qvæ-
dam miracula certis verbo-
rum fusurris evenire cernan-
tur. Qvid, qvod ultima inpie-
tas, ipſam naturam & cœlorum
vires incantationibus impedire
tentaverat? cuius rei, sigillatim
testimonia proferre, eo est o-
diosius, qvo certius nemini
non in animo memoriaque
versantur. Sed una spongia o-
nia horum incantamenta vel
potius nugamenta deleri pos-
sunt; si, ut verum est, dicantur
verba nullam habere po-
testatem; sed si quid effici vi-
deatur, id totum dæmonum
imposturis adscribendum esse,
qui hac via miserias & devias
horinum mentes in veterem

38 idolomaniam pertrahere moluntur. Cum credula superstitione hominum, vocum suarum susurros ex animi sui sententia cedere viderant, id totum dæmoniacis pactis, & impiis, vel odorum, vel herbarum, vel sanguinis, vel ossium, vel divinorum nominum sacrificiis, vel aliis perversis ritibus imputandum erat, quibus fraudulenti spiritus se vel allici, vel cogi fingunt, quo miseros mortales dementent, & a cælesti patria exules reddant. Ut vero naturalis hæc disciplina videatur, non herbas, non hominum, & animalium partes tantum ad incantamenta adhibent, sed ipsum etiam cœlum ad auxilium vocant; Cujus impietatis homines (non enim artis nomen fœda professio meretur) inter alia, divina nomina & preces Soli
DEO

DEO cum omni reverentia
fundendas, non solum anili su-
perstitione profanare, sed ca-
codæmonum quoque servitiis
advocandis, adhibere ausi sunt:
cujus rei perlurima inveniu-
tur exempla. Adducere lubet
id quod Becanus in Herma-
thena nobis subministrat: Vi-“
di, inquit, Ego in Italia P̄alte-“
rium Davidicum Græcis literis “
in magna Græcia scriptum, “
quod ad singulas odas minio-“
annotatum habebat, quibus re-“
bus profanis, quibusque scele-“
stis, vel cogitatis, vel operibus, “
convenirent: in quo inter cæ-“
tera Psalmum conspexi unum “
eo destinari: ut ungulas eqvi-“
nas perditis ferreis soleis à læ-“
sione conservaret; alterum: quo “
masculam sponsi vim in tha-“
lamo jacentis prorsus enerva-“
ret, alias item aliis non diffi-“
cilibus rebus applicari. Vah “
superstitionem! heu rerum te-

tenebras! heu pectora cœca!
Num quidquam hoc carmi-
num sacrorum abusu magis fa-
naticum? Num quidquam ma-
gis impium? Num quidquam
plus habet idolomania? quid
hoc aliud est quam preces, vel
Sanctissimorum hominum, vel
ipsius etiam Christi verbis con-
ceptras, abominanda impieta-
te, dæmonibus & impuris spi-
ritibus peccatarum cogitatio-
num & ducibus & administris,
offerre. Pronum est, ut dicamus,
quod dici sivevit: *Prona venie
cupidis in sua vota fides.*

CAPUT SECUNDUM.

De Nominis Propriis.

§. I.



Rimæ notæ gram-
matici, dum distri-
butori nominum
operam dant, ra-
tionem proprii & appellativi
sive

43

sive communis priori loco, posteriori vero substantivi & adjectivi ponunt; sed minus comode, cum proprium etiam sit substantivum, quod per se subsistat in oratione. Stagiritæ su-
per hac re assumamus judicium, is distribuit nō dicitur in id quod per se subsistit, & substantia est, & illud quod in alio est, tanquam subiecto, ut accidens, deinde dilipsicit substantiam in primā & secundam, illam ut individuum, hanc ut genera & species, quæ ejus sententia albo mereatur notari calculo; ut enim substantia primum locum sibi vendicat, pari ratione prius nomen dividi debet in id, quod per se subsistit in oratione, ac substantivum vocatur; atque illud quod substantivi ope in oratione indiget, & adjectivū appellatur. Posterior vero distributio erit substantivi in illud quod uni convenit sigilla-

42 tūm, ut proprium, atq; id quod pluribus competit, ut appellativum. Ut autem circa unum quid nostra occupetur cōmentatio, reliquas distributiones nominis præteribimus, quæ rem in ambiguo statuunt, & de solo proprio disputabimus, cum & prænomen, cognomen, agnomen sub considerationem proprii, etsi impropie, veniat, quæ ratio nostri est instituti.

§. II.

Cum Romani trina qvaternaque nomina habuerint, sub examen revocabimus *prænomina* quæ ut ipsa vox indicat nominibus præponuntur. Reperi sunt, inter quos Antonius Majoragius, qui putarant mulieres destitui prænominibus, cum tamen Tanaqvil Tarquinii Prisci uxor vocata sit Caja Cæcilia, quem & errorem veteres dete-

sexus varietate diversimode
scripsérunt, indicant id notæ
M N. C D. T L. quæ recte
positæ, prænōmina viri, inver-
sæ vero, mulieris exhibent.
Nec obstat, quod C inversum
interdum non prænomen notet,
sed est compendiu syllabæ Con,
uti in veteribus membranis le-
gere est o jux & o liberta, &c.
plurimum tamen c viri & o
mulieris M viri & M mulieris
T viri & L mulieris præno-
men nos in nostra sententia ju-
vat, qvod melius adeo liqvet ex
scriptionibus græcis, quæ o-
mnia si darem in grande volu-
men opus excurreret: Hanc
nostram fulciamus thesin dicto
Velii Longi de o inverlo: Non,, *de*
magis in numero literam esse,, Or-
oportere, qnam illam notam,, thogr.
qua centuria; & qua C conver-,,
sum, quo Caja significatur, quod,,
ge-,,

44 genus notæ videmus in monu-
„ mentis, cum quis libertus mu-
„ lieris ostenditur, prisci enim o-
„ mnes generaliter has mulieres
„ Cajas accipere voluerunt. In-
terim tamen fatemur variatum
esse hac in re à Romanis, vetu-
stis temporibus, ut Varro quoq;
autor est, freqventabant præ-
nomina Cajæ, Cæciliæ, Luciæ,
Volumniæ. Post si essent unige-
næ, contentæ fuere nomine gen-
tis vel integro vel paulatim in-
flexo; sin autem duæ fuere
forores, hic apud eos valuit
mos, ut una *major*, altera *minor*
diceretur: Sin vero plures di-
stingvabantur adjectione vocis
prima, *secunda*, similiter, *quarta*
quintaque: Etiam per diminu-
tionem hæc efferrebant, *Secun-*
dilla, *quartilla* *quintilla*, absqve
enim his prænominibus acci-
disset, in plurium filiarum
familia, una arcessita appro-
perassent omnes.

Sic pro modulo ingenii prænominum indole data, rememur ipsum, quod *proprium* est gentilium nomen, hoc est quod originem gentis declarat, uti Porcius, Cornelius, quamvis & sint plurima virorum & mulierum nomina, quæ impropriæ propria dicuntur, sunt enim non nisi καὶ πᾶ, seu secundum quid, quia una eademque ratione convenienter multis, uti Varroni: dicitur *Terentius vir*, *Terentia mulier*, *Terentium genus*, interdum ponebant nomen loco prænominis, aut duo triave prænomina continua. Nobis autem hic sequi vîlum, quod plurimum sollet contingere; fere enim nomen gentilium est, quod omnibus convenit, qui ejusdem sunt gentis, estque hæc ratio, cur καὶ ἐξοχὴ generis nomine ab

46 ab antiquis appelleatur, sic preſſe nomen eſt Julius, qvod o-
mnibus convenit ab Julo Æ-
neæ filio genus ducentibus:
Antonius commune eſt omni-
bus Antonii posteris: Nautius
iis qui veniunt à Naute Æneæ
Comite: Æmilius commune
posteris Æmilii fili Julii: Pom-
ponius posteris Pomponis Nu-
mæ filii: atque ita in aliis,
quaꝝ preſſe nomina appellan-
tur.

§. IV.

Nunc ſe *cognomen* offert
expendendum, qvod no-
mini gentilitio postponitur
eſtque nomen familiæ. Gens
& famila tanquam totum &
pars differunt illa enim in mul-
tas dividitur familias, qvod
ſuo probat Dicto Festus *dum*
gentem definit eam quæ ex multis
familis conficitur, qvin imo, Li-
Lib. 9. vius duorum Potitiorum familias
ſcri-

scribit fuisse, cum tamen tota gens
Potitia interiit. Diximus quidē
cognomina nomina esse fami-
liæ, quæ nominibus gentis post-
ponuntur, interdum tamen se-
cūs fit, legit enim Paul. Manu-
tius apud Ciceronem ad Atticū,
Gallo Fabio, item Balbo Corne-
lio, cum tamen Gallus & Balbus
cognomina non prænominā
sint ; quæ apposuisse juvat, cum
hujus rei ignorantia plurimo-
rū, circa sanos scriptorum locos;
aberrare mentes faciat. Illi qui
fœminas prænominibus exu-
ere conati sunt, etiam circa co-
gnomina suam prodidere igno-
rantiam, cum & his eas caru-
isse dictiterent, quod tamen evin-
cit Syllæ filia quæ Miloni nu-
pferat, Cornelia enim Fausta
appellabatur, sic in Epistola 7
Cælii ad Ciceronem mentio fit
Paulæ Valeriae. Invenitur etiam
cognomen qvoddā Laterensis
qvod apud Valerium est, aliaquam
huius generis apud alios. 9.

Tandem itur ad *Agnomen*,
quod Socipater, Diome-
des, Donatus, Pri'cianus aliqui
Grammatici, extrinsecus co-
gnomini, atque aliqua ratione
vel causa quæsitum, adjici, ut-
pote Africanus à devicta Afri-
ca, sic etiam Asiaticus, Mace-
donicus, multorum tamen me-
minit Clarissimus Vossius, quos
inter Linacer & Claudius Ver-
derius, qui hoc quartum, a-
gnomen scilicet, à cognomine
differre negant, & quidem
hoc argumento : Quæ ab e-
ventu indita fuisse certissimū
est, ab optimis scriptoribus vo-
cantur cognomina, ut cum Ci-
cero Scipionis fratres cogno-
men habuisse dicit Africani,
Asiatici ; Catonem, Sapientis;
Crassum Divitis: aut ut Gel-
lius ait T. Manlio cognomen-
tum fuisse Torquati. Quibus
tale

tafe reddit responsum, cognoscere. 49
men pro agnomine dici posse, "at neutiquam ex iis conseqvi"
agnomen pro certo cognomi-
nis genere usurpari: Nam ut "
de Servio, Victorino, Prisciano
nihil dicam, qui liquido agno-
minis meminere; legimus a-
pud ovidium. lib. 3. de pont. El. 25

*Adiecti probent genitiva cogno-
mina Cottæ.*

Qvin, nec appellationem hanc
rejicit Probus grammaticus-
ut antiquus, ita probatissi-
mus, ut & alii quos brevita-
tis ergo enumerare superse-
demus. Dum res nobis de no-
minibus est propriis, quæ-
dam etiam de nominibus
adoptionum agitabimus, sic
Titus Pomponianus Atticus
postquam ab avunculo suo Q.
Cæcilio adoptatus, est dictus
Q. Cæcilius Pomponianus At-
ticus. Porro post adoptionem,

50 vetere prænomine semper ab-
stinebant, cognomine vero ve-
teri non quidem semper, sed
frequentius tamen, quam no-
vo utebantur. Atque hæc de
nominibus Propriis.

CAPUT TERTIUM.

De mutatione nominis proprii.

§. I.

Uas qvasdam adpellationes peculiaresque nomenclaturas accepisse res, cum extra controversiam sit, atque jam in anterioribus probatum dedimus. Tantam etiam in vocibus occultari vim creditum est Pythagoræ, ut si quis mali ominis nomine vocaretur, ei censeret statim permutandum, ne ejus occulta contagione infortunium aliquod eveniret.

Ne-

Neque id tantum Romanen-
sibus usitatum, sed, priscis eti-
am græcis ut historiarum tra-
dunt monumenta. Sic qui
prius *Tyrtamus* apud eos no-
minabatur, post à divino sva-
vissimæ orationis fluxu *Theo-
phrastus* est dictus. Splendi-
dissimum illud Academiæ ju-
bar, à quo tota Peripatetico-
rum familia lumen accepit,
cum ab avo *Aristoclis* nomen
sortitum esset, postea *Plato* ce-
pit nominari, volente ita Ari-
stone, vel ab humerorum latitu-
dine, vel à latissima felicissimi
ingenii ad dicendum disputan-
dumq; copia, ducta mutationis
ratione. Longinus Cassius, do-
ctorum confessione criticus me-
rito vocatus discipulum suum
nomine *Malchum*, quo Rex, pri-
sca Phœnicum lingua signifi-
catur, *Porphyrium* à Regum
purpura nominavit. Nostra e-
tiam memoria nescio qui pla-

52 cuerit hæc nominum, doctis
viris, immutatio; ut qvi antea
Caspar vel Gaspar Scioppius,
postea Paschasius Grosippus
dici maluerit: qvi antea Geor-
gius Hornius postea Honorius
Règius: qvi Julius Scaliger,
yvo Villiomarus. Imo si non
esset alia natio, qvæ de ejus-
modi vocabulorum natura &
efficacia sic sensisset, vel uni-
ca Hebræorum gens satis esset
qvæ familiam duceret, qvan-
doqvidem tanta apud eam no-
minum qvorundam est admi-
ratio, ut iis tantum non omnia
fieri posse existiment, non ma-
gis de innata ipsis vi, qvam de
Solis lumine dubitantes. Sed
qvæ qvælo hujus mutationis
causa? qvæqve intentio sit,
paucis dispiciemus.

V Arias recenset Johannes
Leusden in notis Philo-
lo-

Jonam, scilicet factum id afferit,
vel $\alpha.$ ob *morbos periculosos* qui
corpora invaserant, quia agro-
ti significabant mutationem
brevi esse sequituram, aut ad
vitam aut ad mortem. Vel $\beta.$
in signum mutationis vite ante-
cetera, malæ, scilicet, in meliorem,
quæ instar voti esset, ut una
cum nomine vitam anteactam
essent commutaturi, ita qui-
dem, ut plane alii & novi quasi
homines viderentur: atque ob
hanc rationem (si quæ sit) no-
men suum mutasse videtur
Paulus hoc ipso quasi indicans:
se quidem Saulum acerrimum
quondam Christianæ religio-
nis fuisse hostem, non vero se
Paulum; jam enim meliorem
mentem accepisse adeoq; Ec-
clesiam Christi non amplius
persecuturum. Vel etiam, licet
falso $\gamma.$ *Ad DEI decretum mu-*
tandum; nam ex sententia quo-

54 rundam Rabbinorum uti citat
Leusden ex Thalmude tractatu
חנוך בראש quatvor vel quinq^{ue}
res DEI decretum mutant atq^{ue}
rescindunt. Primo Elemolyna,
sicut scriptum est *Eleemosyna li-*
berat a morte. deinde Vociteratio
sive precatio, juxta illud: *& vo-*
ciferati sunt ad Dominum in op-
pressione sua, & ex angustiis ipsorum
eduxit eos. Tum Mutatio no-
minis, dicit namque scriptura:
Et Sarai uxor tua non vocabitur
amplius Sarai, sed Sarah erit no-
men ejus, & paucis interjectis
additur, & benedicam ei, quin &
dabo tibi ex ea filium. Postea mu-
tatio operum sive conversio, vi-
verborum Prophetæ, & vidit
DEUS opera eorum & paenituit
DEUM super malo, quod locutus
erat, ad faciendum & non fecit.
Et tandem mutatio loci: & di-
xit *DEUS Abrabamo, ito ex terratua,*
& porro, & faciam te in gentem
magnam. Sed falsam esse, ut di-

ximus & nugatoriā, hanc Rab.
binorum sententiam vel DEI
ipsius T. O. M. immutabilitas
evincit; verum quidem est Ju-
dæos sæpiissime mutasse nomi-
na, sed omnes hoc ideo fecisse,
ut DEI decretum rescinderent,
non est quod credamus.

CAPUT QVARTUM.

*De nomine nominum pro-
priorum.*

§. I.

 nihil non tentavit cu-
riosā observatio, in
propriis enim homi-
num nominibus eas
vires esse credebat antiquitus,
qvibus vel bona vel mala for-
tuna conciliari posset: quod
patet oppido in Persa Comici:
Nomen & omen quantib[us] est pretii.
Hinc priscis qvædā inanis no-
minum religio, hinc singulorū

speciosorum titulorum aviditas,
hinc *Alexandri*, *Ptolomai*, *Pharaonis*, *Cesares Constantini*, *Othomanni*:
Ipsi denique Abyssini suum Re-
gem Belugiam, hoc est incom-
parabilis præstantiæ gestam
appellarunt, quod nomen etiam
multi posteri retinuerunt; atque
tolerabile esset, si apud Reges
hæc tantum viguisse, sed & in
omnes etiam plebeios longe la-
teque pervagata est ambitio.
Quam sœpe occurrunt in Ro-
mana historia *Claudii*, *Cluentii*,
Marcelli, *Scipiones*, *Sergii*, *Manili*,
Potitii, *Pinarii*, *Mamercii*, *Cecili*,
Calburnii, quibus se appellatio-
nibus non modo nobilitari sed
& fortunari credebant: ex his
etiam nominibus, velut augu-
rium aliquod captari solitum
prosperitatis & diuturnitatis;
unde & Ethnici multum ad no-
men *Alexandri* attendebant,
pulchros enim & beatos se
hoc nomine putabant, nonnul-
lique

liqve Christiani his plerumque
superstitionibus erant implici-
ti, qvos imcrepat D. Chrylo-
stomus in homiliis ad popu-
lum Anthiochenum. Et con-
tra, mala nomina, ē qvibus
triste aliquod, infauustum, &
breve omen concepere, sunt,
ut: *Nævius, Plancus, Minuejus,*
Curtius, Furius, Hostilius. &c. Fa-
cit & huc elegans locus Plu-
tarchi in Nicia, ubi notat &
observat ex Timæo mali omi-
nis fuisse Atheniensibus, qvod
ο δοτὸ τῆς νίκης ἔχοντες, ipse sci-
licet Nicias, militiæ imperator
electus, munus illud abnueret.

§. II.

His tamen uti opinor va-
nissimorum autorum ful-
ta principiis latius manavit,
nominum qvædam notatio, a-
deo ut etiam numerorum in
literulis exquisitam habuerint
. D 5 ra-

58 rationem. Credebant enim antiqui, superstitiosa fide, tantam esse in nominibus vim ut quæ numeris eminerent, cæteris inferioribus longe præstantiora felicioraque essent, quam obrem ducibus singulari certamine congregientibus, ex literis numeralibus, quæ in cuiusque nomine reperiebantur, omen captabant victoriæ, quorum Terentius Maurus sententiam his versiculis indicavit.

Et nomina tradunt ita literis peracta,

*Hæc ut numeris pluribus illa
funt minutis:*

Quandoque subibunt dubiae pericula pugnae,

*Major numerus qua steterit,
favere palmam*

*Præsagia leti minima patere
summa*

Sic Patroclon olim Hectorea manu perisse

*Sed Hectora tradunt occidisse
mox Achillem.*

Patrocli enim nomen numerum habet 871. Hectoris 1225. Achillis 1276, ut ex numerorum græcorum ratione, & singulari literarum supputatione patet. Per numeros igitur nomina exprimere non est novum, sed inde futuri omnia captare est irreligiosum, & vanum, quæ enim sequela, quia scilicet hic prolem suam vel hoc vel illo nomine vocavit, ex eo aut plures aut pauciores annos consequetur. Sane si res ita haberet, insaniret, qui non quam maximos numeros nominibus intexeret, quo charissimis suis pignoribus, vitae spatia quam posset maxime prorogaret. Sed quam diversa à veritate sit hæc opinio, qui ex numeris vaticinia nescio quæ comincuntur, ad oculum patebit in exemplo Mauritii Ducis Saxonici. Hic dum contra Carolum, Quintum Imperatorem, pro liber.,

60 bertate Landgraviæ bellum mo-
„liretur, tollitis admodū Mau-
„ritianis, quem res habitura
„esset exitum, quidam per jo-
„cum eos bono animo esse ju-
„serunt, nam à Carolo vinci
„Mauritium non posse: causam
„rogantibus responderunt, ve-
„teris divinationis esse fiduci-
„am; nam ut Achillis victoris
„nomen, numeris, qui litera-
„rum notis indicarentur, ple-
„nius fuit Hectoris, sic Mauri-
„tii statim initio nomen, Caroli
„nomine est numerosius: con-
„gruit quidem nomen cum exi-
„tu; futilem tamen divinatio-
„nis rationem arguit, quod eo-
„dem nomine Mauritius Impe-
„rator à Phoca viētus est quem
„pleniore appellatione antecel-
„lebat, Ipsi demum postea Jo-
„hannes Fridericus Saxo, &
„Philippus Landgravius cum
„plenissimis nominibus, Caroli
„armis bello germanico cesserunt.

At-

Atque sic ex numeris aliquid 61
roboris capere nominis nota-
tioni incertum plane; cum
quotidiana experientia hanc a-
nilem vanitatem satis confutet.

§. III.

Mirum est quam accurate
parentes illi semper ob-
servarint, ut liberis suis, boni
omnis nomen imponerent,
qua in retam felices fuere ple-
riqve ut vaticinari, non omni-
nari viderentur, quam & fabri-
candorum nominum legem di-
ligenter retinendam esse Pytha-
goras discipulos suos docuit:
meminit D. Chrysostomus non-
nullos sua ætate Christianos
ad hos ethnicorum ritus defle-
xisse, ut infanti nomen impo-
situri Cereoscomplures accen-
derent, suo cuique nomine
assignato: puta; hic zocimus,
appellabatur, alter Stephanus
ter-

62 tertius Procopius: atque ejus
demum, qui cæteris supervi-
xerit extinctis, quasi longio-
ris ævi & futuræ felicitatis o-
men arripientes, imponebant
infanti; quod ab Andronico se-
niore imperatore factitatum
ex G. Pachymerii historia di-
scimus: Cum enim complures
morerentur puellæ, muliercu-
læ cuiusdam svasu, sub par-
tum uxoris, duodecim cereas
imagines, virili statura, toti-
dem Apostolorum nominibus
insignitas, accendit ordine,,
cumque partus in tempus quo
S. Simonis statua ardebat, in-
cidisset, puella Simonis est vo-
cata, specie quidem pulcher-
rima, sed quæ anno ætatis o-
ctavo, Crali Serviæ Despotæ
nubere coacta, corrupto utero
sterilis extitit.

§. IV.

Illos sua maneat superstitione,
In nos vero dicimus, eos filiis
tuis

suis consulere optime, qvi no- 63
mina iis imponunt, qvibus au-
ditis perpetuo moneantur pul-
cherrimarum actionum, qvi-
bus & vitæ decorum contine-
tur & summa felicitas com-
paratur. Sic *Aristoteles* nomi-
ne suo monebatur, cum nihil
ut faceret, qvod non ad optimum
finem conduceret, tum
ut qvæcunque moliretur, ea
& optime perficeret, & ad
summum bonorum referret.
Pythagoras item non male sic
vocabatur, eo qvod non satis
sapientiæ præceptoris sit, qvam
optime de rebus sentire & con-
cionari; sed ulterius etiam re-
quiratur, ut qvod docet; po-
pulo huminumque conventi-
culis persuadere possit. Credo
sane *Socratem* non raro nomine
suo permotum fuisse, ut & im-
primis se salvum servaret o-
mni ex parte, & ad hoc sem-
per niteretur, ut alios qvoqve
qvi-

64 qvibuscum vivebat sospitaret,
non illa qvidem salute, qvam
plebeji divitiis & firma cor-
poris valetudine metiuntur;
sed vera & solida, qvæ in pu-
ra animorum integritate con-
sistit. Non dubito qvin *Plutar-*
ebus qvoties nomen suum au-
diebat, cogitarit, hoc sibi in o-
mni vita sedulo laborandum,
qvo in veris divitiis, qvæ lo-
læ in potestate nostra perpe-
tuo manent, principatum te-
neret: qva in re qvantum præ-
stiterit, divinus operum ejus
thesaurus, omnibus solidarum
opum amantibus ostendit. Cui
Johannis nomen à parentibus
inditum est, is ab omnibus à
qvibus nomine suo vocatur,
commonetur, gratiam DEI ad
omnia esse invocandam, &
qvicqvid in vita accidit, sive
adversum sive prosperum, vi-
deatur id ad gratiam DEI, ubi-
qve saluti nostræ conludentem,

elle

elle referendum. Nec ad anam
stateram nomenclaturæ aliæ
revocandæ, in qvarum monitu
si quid est virium, non male
Pythagoræ vitum, ut bona no-
mina hominibus imponeren-
tur, qvorum freqventissima au-
ditione ad recta vitæ officia vo-
carentur, in quo solo omnis e-
jus ratio continetur, non vero
in frivola Magorum, naturalem
vim vocibus tribuentium, su-
perstitione. Qvicquid tandem
sit, hæc si superstitione fuerint
observata, merito à D. Chryso-
stomo arguuntur, nec in ex-
emplum trahenda sunt.

§. V.

Porro uti nominum, cum a-
lios tum maxime Heroäs
auspicatissimorum, imprimis in
militia rationem habuisse dixi-
mus, sic regnis & familiis eo-
rundem delectū pari modo ha-
bitum fuisse ex seqventibus e-

66 discemus: Austriacæ domui seu
imperio Romano nomen LEO.
POLDUS auspicatissimum
fuisse autor est Joh: Faes in
annotationibus suis super aman-
ranthos Königs Marchicos,
id qvod nec falso comprobant
arma tam victoria Leopoldi
contra Turcam Christianæ re-
ligionis hostem , quam loca
longe plurima cum in Hunga-
ria tum in Peloponeso alibi-
qve ei erepta. Hinc Dn. Mi-
chaël ad Jacobi Gaffarelli Cu-
riositetz pag. 236. tale in ho-
norem Leopoldi erigit Epi-
gramma.

*Qui cælo virtute LEO , qui
POLDUS odore:*

*Hic LEO, tum POLDUS, hic
LEOPOLDUS orat.*

Atque ut illud haud teme-
re & fortuito, ita nec mi-
nori omni Throno nostro
Sveo-

Sveogörnico tam auxiliariis extitisse atque religiosum in multa retro secula, magnum illud CAROLI & GUSTAVI nomen à senatu antiquitatis atque annalium fide edocemur, ut vix sit patria altera, quæ in certamen veræ felicitatis provocata non cedere debeat huic. Qvod grande cœli depositum, non sine maximo animorum gaudio atque lætitia hactenus experti sumus, & etiamnum, almæ Triadi laus, experimur. Quid ergo nobis magis erit curæ, quam ut corde unani- mi, calidissimis ad DEUM mis- sis precibus, pro Rege nostro Clementissimo, pietatis scili- cet antistite, justitiæque cul- tore, custode, assertore atque propugnatore Augustissimo CAROLO XII. utpote ad ta- sces imperii non ita pridem succedente, semper & continuo

68 Iuplicemus: Serva O imperatorum stator, qvi regna constituis, & constitutis addis vigorem, serva inquam & inferos annos protege salutare hoc Regno, populoque tuo commissum Sydus, auge regnum ejus indies indiesque incrementis, ut sceptra fascesque ejus, omnes libenter excuscullemur atque veneremur, imo largire ex alto ut nomen suum quod hactenus Augustissimum & auspiciatissimum imper extitit, etiam proporro in natos nepotesque continua & innumerabili serie transferatur, & propagetur, Regio interim splendore, perpetuaque felicitate tectum atque coronatum!

HALLELUJAH!

Ad

Egregium Juvenem, pereximum

DNI. ERICUM FLEEGE,

Amicum suum singulariter
dilectum,

Quod celebris quondam vates dixisse
refertur,

Fortunas cernens fluctibus esse datas:
Quid doleam mea, cum sic sint tamen o-
mnia mecum,

Et superem Cræsus, dotibus ingenii?
Id solers secum poterat perpendere
FLEEGE,

Egregii juvenum gloria prima chori.
Fecerit huic quamvis lautam rem san-
gvinis author,

Non tamen ei fudit quæ periisse potest.
Est magè, Castalidum biberat quod ne-
tar amœnum,

Annis à teneris, utpote rite sciens,
Si velit Aoniis operam sacrare peren-
nem.

Musis, quod surgat gloria certa
sibi.

Glo-

Gloria certa illi surget, quod nomina
vera

Declareret docte, doctus & ipse fiet.
Gratulor hinc merito studiis divinitus
ortis,

Et precor ex animo, præmia diva
terat!

Festinabundus scripsit

AND. CHYDENIUS.

Eximiâ Virtutum,

Eruditionis Integritatisque harmonia
Politissimo Juveni Viro,

DN. ERICO FLEEGE,

Cecropiis mos est avibus per amœna va-
gari

Hortorum septa, & carpere veris opes;
Asiduo ac campos circumvolitare videntes,

Ut loca sic adeant roris aprica novi;

Nunc teretesque thymo cellas descendere svavi,

Flavaque compressis cogere mella favis.

Ha tenera assiduo durant sua membra labore,

Fucorumque arcent agmina seva procul.

Sic Heliconiadum, Te, festivissima, FLEEGE,
Progenies, pernox perdius atque labor

Fregerat usq; adeo nunquā ut sit subdere visus
Calar, prævalidos addideritque animos.
Roscida Castalii Tu lambere gramina fontis
Affoles, & latices evacuare sacros.
Quæis bene potatum gremio, Te, Pallas, Amice,
Excipiet, vitta vertice conspicuo.

Festinus adplausit
DANIEL STECKSENIUS.

Til sin
Högtåhrade Wän
Den Ehreborne och Wällärde
Herz EKJCH FLEUEGE/
Då han sitt lärda Wärce
Om Namit i gemeen
wäl förswarade.

Hvad Mōda I laqt ann / för än I
rätt lärts laswa/
Och ändå längre fram wid Konster
vifft Ehr flift/
Kan

Kan nog samit stönias hår/ utaf det
övera nyt

I stadtigt vafiven hafst/ och ånnu fun-
nen vafiva/

I det Ehrt Sinne sig har vitrat til at
fatta

Ett natt och Sianjki Wärck / i ge-
meen om all Hainn/

Hvar medelst anlaqd flje/ lär ernå
trhæer Hainn/

At mången jemte mig / Ehr Frägd och
Hainn kan skatta/

Så far än wijdar' fort/ ock sköt en Ar-
bet wâna/

Acht på det taar wâl lag/ I få om-
sijder lödn

För Ehr anwända fljt/ en Crantz af
Lager grödn/

Seen stal af Wânskap vår jag mycket
mera sâna.

J. W.

Nom

Non uno modo, ut nos, tunc magis
time, literarum studiis addicta juven-
tus sine fidei propria excidere solet: in-
genio si quis valet, in culturâ ferè langvet:
qui utrumque conjunxit, optimam non raro
disciplinam, & rectam studiorum viam igno-
rat. Fac uni cumen inesse omnia, quid ad-
sequetur, adversante fortunâ, subsidiis desti-
tutus sis, quae cum adsint, fertur animus pro-
clivi cursu ad egregias res, sin absint, beret
in salebra, nec facilè progrederit: quæ omnia
tantæ sunt, quemvis ut possint à sperata liter-
rarum gloria avertere. Te, Eximie Dn. com-
miles, egregios tuos in literis progressus spe-
cimine haud vulgari, in quô ingenii acrimo-
nia, elegansque venustas admirabilis est, soci-
centi literariz probaturum cum accepi; tum
multâ perfusus sum letitia. Et quanquam
haec tam præclara adolescentie tuæ principia
gratulationem potius, quam cobortationem
requirant: in eam tamen partem nescia quo
modo libenter delabor, ut te horter ac ro-
gem, nè contentus communî laude sis, nè me-
diocribus acquiescas, nè præstantiam naturæ
tuæ langvere sinas, sed eam itâ exerceas, ut
quod adhuc fecisti, & quod futurum te esse
non dubito, atatem semper virvute vincas.
Nam bona adolescentes in sole prædicti operam
quam

quam per agnit maximam, dubibent, ut a pri-
mis statim annis optima quaeque discant, ac
strenue proficiant; proficient autem, si discen-
di cupidi fuerint. In eo si putabis omnia
summa esse collocata, mihi crede, omnia sum-
ma ad te confluent: queritur enim cum la-
bore virtus: ea verè sine labore omnia conse-
quuntur: quod qui ignorant, aut qui aliter
sentient, nihil habent in vita firmum, nihil
stabile, dubia semper fortunâ vacillant, nulla
re perpetuo fruuntur, malam quoque gratiam
natura referunt, quae in eos benigna fuit,
non ut suum beneficium negligenter, sed ut
ad decus, ad dignitatem, ad immortalita-
tem aeternamque laudem conferrent. Nec est,
ut regla buc contendentes labor assidue sube-
undus terreat, incredibilis certè fructus, la-
boris amplissima merces nos buc invitare &
excitare debet. Grave, fateor, discentium hu-
meris imponitur onus, laborque difficilis man-
datur: Verum enim uero optandum non est,
ut aliter sit: nam cum omnium hominum
in appetenda laude par prope voluntas, si-
milisque sensus sit: quod omnes appetunt, id
si esset ejusmodi, ut consequi mulier possent,
minimi estimaretur. Copiam enim vilitas;
& vilitatem sequitur contemptus. Quare do-
lendum non est, quod de sudoribus manat o-
ptimarum rerum scientia; latandum potius,
quod

quod cum eam experendam omnes sentiant,
plerisque tamen laboris magnitudo terro-
rem injiciat. Quæ tamen proponenda Tibi nè
sint, effecisse jam videris; totus deditus li-
beralibus disciplinis, totus incumbens ad ea,
unde verum decus & vera nobilitas exoritur:
ut qui tua studia noverit, is tecum gratu-
latione potius, quam quoque prolixiori animo
quam verbis jam jam subjiciam, ac cohorta-
tione utendum esse jure putet. A me tamen,
quæ dicta sunt, sic in bonam partem accipies:
si prius, euro esse me, tibi persuaseris, quæ tuæ
laudi, tuisque studiis libentissimè serviat.
Verbo votum complector: DELL M O. M. ex a-
nimo rogans, conatibus tuis laude oppidò di-
gnis benignus adesse, majoraque indies vir-
tutis eruditionisque incrementa addere dignes-
tur, ut curriculo Academicorum studiorum
quontocius decurso, promptior usibus patriis
inservire possis! Vale.

Sic ingenii morumqve elegan-
tiâ Ornatisimo Dn. Resp.
amicâ cum cohortatione
congratulatur

J. SIDBECK.



Pratt & Abell